



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Atticum loquendi genus, quod imperiti ex Euripidis Hecuba
sustulerant, restitutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

ait igitur nutrix, non facile fore, vt pæana canat, qui cum Medea inimicitias susceperit. ne quis autem dubitet, quin ita, vt dixi, legendum sit, proferam alium locum similem ex eodem poëta, eaque, quam proximè nominavi, fabula, vbi senum chorus se ait Herculi reduci καλλινικον canere velle. Versus hi sunt:

Επ τὴν Ηρακλῆος Καλλινικὸν ἀείσω.

& in Electra: ἀλλ' ἐπέειδε καλλινικὸν ὠδ' ἂν ἐμῶ χροῶ.

Atticum loquendi genus, quod imperiti ex Euripidis Hecuba susstulerant, restitutum.

CAPVT XII.

APRVD Euripidem Hecuba, versus hi sunt Vlyssis Hecubam alloquentis:

Οἷδ' ἔν' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς; μήτ' ἀποπαύσῃς ἄρα,

Μήτ' εἰς χερῶν ἀμύλλαν ἐξέλιθῃς ἐμοί.

in quorum priore erratum est ab iis qui Atticæ linguæ imperiti essent. non enim scribendum erat, Οἷδ' ἔν' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς; sed, Οἷδ' ἔν' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς; quod valet quidem planè idem cum illo superiori: sed venustius, & ἀπικώτερον dicitur. Itaque scholiastes quoque ita legit: & simile exemplum è Menandro citat,

Οἷδ' ὃ, π' πείσων;

Ego autem sæpè admodum Euripidem ita locutura annotavi. vt Iphigenia in Aulide:

Οἷδ' οὐδ' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς ὠ γῶαι; πῦθ' ἔξ' ἰσ' ἰς.

& in Helena:

Οἷδ' οὐδ' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς; τ' πᾶρθ' λαδοίμεθα. & in Ione:

Οἷδ' οὐδ' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς; χεῖρ' ὅς' ἐξ' ἐμῆς λαβῶν

χευτομ' Ἀθάνας, &c. sed & alij Attici eodem modo locuti reperiuntur. vt Aristophanes in Auibus,

Οἷδ' ἔν' ὃ δ' ἔχ' ἴσ' ἰς ὠ τρέβηλε; δ' ἀπατότῳ

Ἡμῖν; κάλεσον.

quare

Ant. Mureti
Lectio
LIB
75

quare sine controuersia ita etiam in illo ex Hecuba versu legendum est. etiamque illud, quod in Cyclope ita legitur, *Οἶδ' ἔν' ὀ σπάρτης, ὡς ἀπείρωμεν γένος;* eodem modo emendandum facile crediderim.

Antelogium quid. Plauti è Menachmis correctus locus. CAPVT XIII.

QUOD dixi supra, cum, quid valeret apud Ciceronem, in acta, explicarem, Siciliam eo olim sermone usam, qui neque planè Græcus, neque planè Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mistus esset: id & è Cicerone, & è Q. Asconio intelligi potest. Plautus autem, qui iocandi occasionem vndique quæreret, in Menachmis, quòd ea fabula, vt ipse ait, Sicilifitabat, nomen quoddam finxit è duabus vocibus, altera Latina, & Græca altera iunctum. Antelogium enim dixit pro eo, quod olim Pacuuius dixerat prologium. quòd qui non intelligebant, ex Antelogium, fecerunt ante elogium: cum tamen elogium nihil neque Græcis, neque Latinis significet: vt alibi docebimus, sed præstat Plauti versus subiicere, simul enim alia corrigentur.

Atque aded hoc argumentum Gracissat tamen:

Verum non Atticissat, at Sicilifit.

Pabergensis Plauti corrector, præter cetera peccata, è secundo horum versuum detraxerat particulam, *at*: deinde cum animaduertisset, vna syllaba minus esse, quam requireret lex carminis; pro *Sicilifit*, scripsit, *Sicilicissat*. acutè. Siciliciam pro Sicilia hac ratione diceremus. sequitur:

Huic argumento antelogium quoddam hoc fuit.

Idem, vna lepidissima voce lacerata, nullo sensu scripsit, *ante elogium*. & pro, *quoddam, quidem*. sequitur:

Nunc